

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Creacio siue creator f cum uariis

Si totum me debeo pro me facto, quid addam iam pro me refecto et refecto hoc modo?
Nec enim tam facile refectus quam factus. In primo opere me michi dedit, in secundo se,
et ubi se dedit, me michi reddidit. Datus ergo et redditus me pro me debeo et bis debeo.
Sed quid Domino pro se retribuam? Nam eciam si me milies rependere possem, quid sum
ad Deum meum?

Bernardus de diligendo Deo.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

pro] per P V¹; refecto et *om.* P V¹ V² L¹ L²; refecto hoc modo?] refecto? Hoc modo: V² L¹
L²; secundo] seculo P V¹; redditus] redditit M; eciam] et P V¹ V² L¹ L²; rependere]
reprehendere L²; Deum] dominum P V¹ V² L¹ L²